nit a me. et posuerit ydola su
a in corde suo. et scandalum i
niquitatis sue statuerit contra
faciem suam et venerit ad prophetam
ut interroget per eum me: ego
dñs respondebo ei per me; et ponam
faciem meam super hominem illum.
et faciam eum in exemplum et
in obprobrium et disperdam eum de
medio populi mei; et scietis quia ego
dñs. Et propheta cum erraverit et lo
cutus fuerit verbum. ego dñs de
cepi prophetam illum et extendam
manum meam super eum et delebo e
um de medio populi mei israel et
portabit iniquitatem suam. Iuxta
iniquitatem interrogantis: sic i
niquitas prophete erit ut non erret ul
tra domus israel a me. neque pollu
atur in universis prevaricationibus
suis. Sed sint michi in populum et
ego sim eis in deum ait dñs ex
ercituum. Et factus est sermo dñi
ad me dicens: fili hominis terra cum
peccaverit michi ut prevaricetur pre
varicans et extendam manum meam
super eam et conteram virgam panis
eius. et immittam in eam famem. et i
nterficiam de ea hominem et iumentum;
Et si fuerint tres viri isti in me
dio eius. noe. daniel. et iob. non
liberabunt proximum. sed ipsi iustitia i
sua liberabunt animas suas, ait dñs
exercituum. Quod si et bestias pessi
mas induxero super terram. ut va
stem eam et fuerit invia. eo quod
non sit pertransiens propter bestias. vi
tres viri isti ... in ea fuerint vi
vo ego dicit dñs. Quia non liberabunt
filios neque filias sed ipsi soli liberab
untur terra autem desolabitur;
Vel si gladium induxero super ter
ram et dixero gladio. transi per
terram et interfecero de ea hominem

et iumentum. et tres viri fuerint
in medio eius: Vivo ego dicit do
minus deus. non liberabunt filios ne
que filias. sed ipsi soli liberabuntur;
Si autem et pestilentiam immisero
super terram illam et effudero indi
gnationem meam super eam in san
guine ut auferam ex ea hominem
et iumentum. et noe et daniel. et
iob fuerint in medio eius. vi
vo ego dicit dñs deus quia filium
et filiam non liberabunt. sed ipsi iusti
tia sua liberabunt animas suas.
Quoniam hec dicit dñs deus; Quod et si
quattuor iudicia mea pessima.
gladium. famem. et bestias ma
las. et pestilentiam immisero in
ierusalem. ut interficiam de ea hominem
et pecus. tamen relinquetur in ea
salvatio educentium filios et filias.
Ecce ipsi egredientur ad vos. et
videbitis viam eorum et adinventi
ones eorum. Et consolabimini super
malo quod induxi in ierusalem. in omni
bus que importavi super eam. et
consolabuntur vos. cum videritis
viam eorum et adinventiones eorum;
Et cognoscetis quod non frustra fe
cerim omnia que feci in ea. ait
dñs deus. XV
Et factus est sermo dñi ad me di
cens; fili hominis quid fiet ligno
vitis ex omnibus lignis nemorum que
sunt inter ligna silvarum? Numquid
tolletur de ea lignum ut faciat
opus? aut fabricabitur de ea
paxillus ut dependeat in eo. quod
cumque vas? Ecce igni datum est
in escam. utramque partem eius con
sumpsit ignis. et medietas eius i
redacta est in favillam. Numquid
utile erit ad opus? Etiam cum esset
integrum non erat aptum ad opus;
quanto magis. cum ignis illud

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 45, 1v – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-oe3h/166/2635)